

indies magis ac magis arridet vulgo: Sed ista
non

sub cujus effigie A. M D CLXXVI. in Noua Matri-
 cula Disticha duo de Insignibus Ejus supra n. 131.
 notata leguntur, & alterum de primo Rectora-
 tu ejus:

Primus Gymnasia moderator sceptris Sabinus
Gessit, Abantiadae nobilitatus equo.

MD XLIV. Ac denique sequens Inscriptio:

Pietate in Deum ac fide sincera,

Tum Eruditione illustri, nec

Non scriptis, quae Academiam fundatam

Et gubernatam primo exhibent, &

Aliis denique meritis Dei cum primis

Et Serenissimi Principis fauore.

Clarissimo & Excellentissimo Viro DN. GEORGIO
SABINO V. J. D. P. P. & Principis Consilia-
rio, Memoriam & gratitudinem testabar jure me-
rito, post Seculi decursum, qui sum e minimis M.
Stephanus Gorlouius d. 2. Octobr. 1676. Vid. Becma-
nus l. c. p. 241. sqq.

(178) *Melanchthon* tamen in Academia Re-
 giomontana eum manere potuisse arbitratus fuit
Ep. ad Camerarium 19. Cal. Nou. A. MD LV. f. 695.
 Cum *Sabinus* die 8. Sept. Francofurto jam lite-
 ras ad *Melanchthonem* dedisset, quae leguntur
in Epp. Sabini p. m. 451. Delatus vero ei fuit
 communi suffragio Senatorum Vniuersitatis Fran-
 cofurtanae Anno MDLVI. Die Galli Rectora-
 tus; Et Elector *Joachimus* ei stipendium lautius